Quelle: http://manuscripta.at/?ID=901
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

gad. et dimidia tribus manasse. secundum quod promi
serant moysi. et erant .xl. armatorum. In para
lipomenon legitur tamen .l. In quo multa uicio
scriptorum deprauata sunt. Accedentes autem ad
iordanem: repererunt eum inmeabilem. Flu
uius enim solito tempore triticee messis excreuerat.
tum: pro solucione niuium in montibus facta.
tum: propter ymbrem serotinum nouiter datum.
Cumque intrassent sacerdotes aquam: stete
runt aque descendentis. et instar montis
intumescentes: apparebant procul usque ad locum
qui dicitur sarthan. Inferiores uero aque: descen
derunt in mare mortuum. Sacerdotes autem
stabant in medio fluminis cum archa: do
nec uniuersus populus per arentem alueum transi
ret. Tunc elegit iosue .xii. uiros. singulos
de singulis tribubus. qui tulerunt de loco. ubi
steterant sacerdotes .xii. lapides. iuxta nume
rum filiorum israel: in siccum. De sicco uero re
tulerunt in alueum alios .xii. in aceruum
memorialem transitus eorum. et sunt ibi usque in
hodiernum diem. Ad quos iohannes creditur
demonstracionem fecisse: cum dixit. potens
est dominus de lapidibus istis. suscitare filios abrahe.
Cumque transisset populus et archa post eos: reuer
se sunt aque in alueum suum. Ascenditque
populus de iordane: primo mense. x. die primi men
sis. tollentesque secum .xii. lapides fluminis:
castra metati sunt in galgalis. per .x. stadia
ab iherico ad orientem. l. uero stadiis a ior
dane. Iosue uero construxit altare de lapi
dibus quos tulerant. et super illud postea sa
crificauit deo. Et nota. quia sicut legitur in
cronicis eusebii: secundum hebreos ille annus
erat iubileus. et erat quinquagesimus primus
inter iubileos. quasi fluxissent ab initio
mundi: anni .ii. dl. singulis iubileis per quinquage
nos annos deputatis. Secundum .lxx. uero: longe
plures anni fluxerant ab initio mundi.
Beda quoque in cronicis suis ponens nume
rum annorum secundum hebraicam ueritatem:
probat de predicta summa annorum .vii. annos
defuisse.

De circumcisione in galgalis.

Eo tempore: ex precepto domini circum
cidit iosue populum secundo cultris lapideis.
tamen hebreus habet: nouaculis acutis.
Nec intelligendum est: quod idem homo iterum
circumcideretur. sed paruuli qui nati fuerant
in deserto per .xl. annos: incircumcisi erant.
Alii ex mandato domini. Alii uero: ex negligen
cia parentum. Alii autem: ex eorundem cau
tela. ne forte mox circumcisis: attollerentur
nubes. et necesse haberent progredi. et sic pericli
tarentur paruuli. Facta autem circumcisione:
dixit dominus ad iosue. Hodie abstuli a uobis
opprobrium egipti. id est preputium. quod apud
hebreos opprobrium erat inmundicie gen
tium. Ob hoc uocatum est nomen loci gal [margin: collis preputiorum. ut]
gala. id est reuelatio quasi scificatio secundum illud.
Facta est iudea scificatio eius. Potest tamen dici
opprobrium ablatum ab eis: seruitus egip
ti. et labor deserti. Quod congruit secundum a
liam nominis interpretationem. Interpretatur
enim galgala: libertas. Porro: mansit populus
in castrorum loco donec sanarentur. et fecerunt pha
se: xiiii. die ad uesperum in campestribus ihe
rico. Quod nondum nisi bis factum fuerat.
Primo: in finibus egipti circa ramesse. Secundo:
ad radicem montis syna: secundo anno egressionis.
Ex tunc: intermissum fuerat. cum circumcisio
ne usque ad terram promissionis. et comederunt
de fructibus terre die altero: azimos panes.
et polentam eiusdem anni. Est autem polenta
grana tosta. et manibus confricata. Ad modum
grani pilo tunsi. et dicitur polenta: quasi pilen
ta. Quidam tamen tradunt: polentam esse pul
tes de purgatissima farina factas. et dictam
polentam: quasi pollentam. a polline. quod est
purgatissima farina. Statimque defecit eis
manna. quo aliti fuerant .xl. annis.

De euersione iericho.

Eadem nocte cum esset iosue in agro iericho ad
explorandum: uidit uirum stantem contra
se gladio euaginato. et ait. Noster es: an ad
uersariorum? Qui respondit. nequaquam. Sed prin
ceps sum exercitus domini. et nunc uenio. Et do
cuit eum angelus de modo capiendi ciuita
tem. et quod eam cum uniuersa illi facerent anathema.
Cumque adorasset iosue prius in terra: dixit ei
angelus. Solue calciamentum de pedibus tuis.
Locus enim in quo stas: sanctus est. Quod intelligendum est:
sanctificatus est. Qui enim pollutus erat in ba